

N. 5.



Fjerde Klasse

til Documenter efter Campletpapirs Forordningsen

§. 5. lit. e.

84 Rigsbankpilling Solv.

Schifter. 1830. Falkenskiold.

Magnifice
Rector!

Perillüstres et Amplissimi
Profesores!

*Sit hoc, inquit Cicero, a principio per se
sum civibus, dominos esse omnium re-
rum ac moderatores Deos, eaque, qua
gerantur, eorum geri vi, ditione ac numi-
ne, eosdemque optime de genere hominum
mereri, et, qualis quisque sit, quid agat,
quid in se admittat, qua mente, qua pietate
colat religiones, intueri, piorumque et im-
piorum habere rationem. — His rebus
imbutas mentes haud sane abhorruisse
ab utili ac vera sententia, omniaque proffice-
re evenisse sequentibus Deos, adversa sper-
nentibus, annales populi romani et monimen-
ta vetustatis loquuntur. — Hinc omne princii.*

piūm petere; hūc referre exitū mature as-
pexit honestissimū iuuenis Severinus
Abije Kierkegaard. Primū enim
a parentibus severis rectiq̄e exempli imbutus
est sensū religionis, pietatis in Deū et bene-
fatis acerrimū, quē deinde docendo alie-
runt praeceptores pūeritiae prima, lecti dili-
genter ad hūc finem. Quare quū non-
ven annos natus nostra fidei commendatus
esset, non conturbatus illorū vocibus, quī,
quid agant, nesciunt, sed more eorū, qui
flaminibus innatant, male importata con-
suetudinē vi, quāsi torrentis impetū, feruntur,
nobis omnibus probavit ingenium et discendi stu-
diū, nec minū obediendī paratam volūta-
tem et vitam ad omnem modestiam et virtutem
compositam, ut spes aequiparandi fratris certa
sit, quūppe indole similis. Harū virtutum
radix est integerrima in Deū pietas, ab ipsis vita
initius in animo fata. Pater enim, quī ad legem
sapiētiā mercaturam fecit, cū negotiatione
coniūxit lectionem librorū ad sapiētiā divi-
nam et humanam et ad artes elegantiores pertinen-
tium, cuius sapiētiā et pietas, ut in omnibus
rebus, sic imprimis in liberis cōducendis clūcet, unde
et ipse ad ingenii cultū et ad animi volūptatem

magnos cepit fructus: pater igitur, cuius domus
laboris, patientia, frugalitatis exemplis abundat,
institutiis, quibus liberi ad virtutem et scientiam
coelestem conformantur, plena est, filiorum om-
nia ad pietatem et officia referre, omnia a
Deo, tanquam a fonte omnis sapientia, incipere
iussit; neque Deum exaudire precibus ignavonum, neque
acumen ingenii quicquam sine precibus illa assequi, ut
non implicetur animus contagione errorum, docuit,
omniaque fecit, per quae amor literarum, omnis in-
dustria atque omnis laudis parentum, injiceretur
puero. Juvenem igitur ad majorum insti-
tuta atque civitatis disciplinam, non ad saeculi
levitatem et contumaciam institutum atque
iruditum, in quo multa sunt, quae eum carum
reddant omnibus atque jucundum, Vobis,
Viri doctissimi, etiam atque etiam commen-
damus.

Dabam. Hagnia, die III. Calend. Octobris MDCCCXXX.

(f. 3) Ni. Hoffm.

moderator scholae,
quam Borgerdydskolen
vocant.

